

suscitatus sp̄s: sicut & dñs in passione propria suscitatus: cum subito cum momento surrexere de tumulis: mortisq; f̄ore de terso: ac utiq; odore reparato: exspirantium fauilla: spirantium faciem receper̄; Habet ergo sp̄s: qđ habet xp̄c; habet igitur: qđ habet dñs: Ideoque dixit: quia omnia que habet pater: habet filius: .XXII.

**N**ec illud mediocre: quod de throno dei exire fluvium legimus; Sic enim habes: dicente iohanne euangelista: Et ostendit mihi flumen aque uiuæ: splendidum tanquam cristallum: procedens de sede dei & agni: & in medio plateæ eius: ex utraque parte lignum uitæ: faciens fructus duodecim: per singulos menses reddens fructum suum: & folia ligni: ad medicinam omnium gentium; hic est utiq; fluvius de dei sede: procedens: hoc est sp̄s sc̄s: quem bibit qui credit in xp̄m: sicut ipse ait: Si quis sitit: ueniat ad me & bibat; qui credit in me: sicut dicit scriptura: flumina de ventre eius fluent aque uiuæ; hoc autem dicebat de sp̄u; Ergo flumen est sp̄s; hic igitur in dei sede; Neque enim aqua alluit de sede;